

men ab ipsis fratribus.⁴⁴ Ad eundem finem jus concedit loca, domos et ecclesias fundare, erigere et construere a mari Adriatico usque ad confines Tartariae.⁴⁵ Deinde dioecesanis, rectoribus et ecclesiasticis praecepit, ne de animarum cura sic conversorum... quoquo modo se intromittant⁴⁶ et iisdem insuper ecclesiasticis et laicis interdicit, ne aliquem de fratribus sine speciali licentia Vicarii in suos capellanos assumere praesumant.⁴⁷ Quae dispositio-

⁴⁴ »Nos, qui dudum vobis... diversa privilegia, exemptiones, immunitates, indulgentias, gratias et indulta per diversas nostras litteras concessimus, ipsorumque populorum pio desiderio favor abiliter annuentes ac spe-rantes, quod pro hujusmodi et circumadjacentium aliorumque infidelium populorum reductione ipsorumque animarum salute pro viribus elaborare valeratis, motu proprio... (decernimus) quod fratres Vicariae praedictae, ad hoc per illius Vicarium pro tempore existenti electi seu deputati etiam pro temore, quoad praedictos Ruthenos et alios, quos vestris vel alterius vestrum praedicationibus et exhortationibus ad fidem catholicam converti contigerit, ac catholicorum sacerdotum copiam non habentes, qui jam ad fidem ipsam conversi fore noscuntur, et quoscumque alios populos ubilibet consistentes praedictis ac omnibus et singulis aliis privilegiis, exemptionibus... per nos ac praedecessores nostros Romanos Pontifices seu alia sub quibusvis verborum formis quomodolibet concessis... in omnibus et per omnia uti et gaudere ipsique jam ad fidem conversis et quos converti contigerit, populis illorumque singularibus utriusque sexus personis, quicumque et quotcumque numero fuerint, quos omnes et singulos, quoad ipsorum animarum curam vestris aut illorum etiam saecularium presbyterorum, quos ad id dicti deputati fratres duxerint pro tempore deputandos, regimini et gubernationi, ... per praesentes subesse decernimus«. H ü n t e m a n n , o. c. 496 n. 1006.

⁴⁵ »... ac in hujusmodi infidelium partibus unum, duo, tria aut plura et tot loca seu domos... fundare et construere..., quae necnon alia omnia domos et loca ordinis et observantiae praedictorum ubilibet a mari Adriatico usque ad confines Tartariae consistentia, quaecumque et quotcumque numero sint, de dicta Vicaria esse illique perpetuo subesse..., motu, scientia et auctoritate praedictis decernimus per praesentes, recipere illaque inhabitare.« Ibidem, 496 n. 1006.

⁴⁶ »... districtius inhibentes universis et singulis dioecesanis, rectoribus et ecclesiasticis, ne de animarum cura sic conversorum et, quos pro tempore converti contigerit, populorum ac singularium personarum eorundem quoquo modo se intromittant, aut fratres sive etiam presbyteros saeculares pro tempore deputatos praedictos, quominus curam hujusmodi gerant,... impedire per se vel per alios directe vel indirecte.« Ibidem, 497 n. 1006.

⁴⁷ »... ac praedictis ecclesiasticis ac laticis personis, ne aliquos fratres Vicariae praedictae etiam vigore cujuscumque indulti seu concessionis sub